



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Congregatio publica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

dissimique Patres vna si miter censuerunt, literis synodalibus nomine & auctoritate huius Concilij scriptis, Reuerendissimo D. Episcopo Vercellen. respondendum esse.

Hoc eodem die duodecimo Maij Illustriss. D. Metropolitanus quo maturius & accuratius decreta in hoc Concilio Patribus & proponenda & fancienda primum perpenderentur & examinarentur, congregationem consularionis decretorum constituit, eiq; certos atq; idoneos viros præfecit. Atque pro ratione quidem rerum quæ tractandas erant, varios etiam cōsultores adhibuit; alios scilicet Canonistas, rituales alios, alios practica parochialis peritos, alios deinde sacrae Theologiae Doctores.

Die dominico decimotertio mensis Maij, cum Illustriss. Metropolitanus Reuerendiss. Patribus desiderium suum, & pium animi propositum aperuisset, ut diebus festis qui intra spatum conciliaris temporis incident, aliqui ex ipsis Reuerendissimis Patribus Missam conuentualem & sacram concessionem habent in Basilica Metropolitana; Reuerendissimus D. Episcopus Bergomensis, pro sua singulari pietate & charitate, hoc sanctum atque adeo utile institutum ex animo amplectens, Cappa Pontificali induitus, nonnullis ex R. Canoniciis ordinarijs comitantibus chorum ingressus est, & post preces secretas in faldistorio genuflexus recitatas, ad Cornu Epistola infra gradus omnes accessit: quo in loco faldistoriorum erat param: ibi q; cum iam officium horæ tertie absolutum esset, sacras vestes coloris viridis pro ratione temporis, ex instituto huius sanctæ Ecclesiæ Ambrosianæ induit, sacerdote assistente, ac diacono & Subdiacono ministrantibus ex R. Canoniciis ordinarijs. Reuerendum verò Capitulum eo tempore ut Illustrissimum D. Cardinalem Archiepiscopum, qui huic Missæ sacro interesse volebat, ad illū de more excipiendum è choro exiit. Illustriss. Do. Metropolitanus Chorū capitulo comitante ingressus, perorata prece ante altare, ad sedem Pontificalem accessit. Reuerendiss. D. Episcopus Bergomensis omnes sacras vestes Pon-

tificales, ac etiam mitram, verū sine baculo sic indutus, ad sanctum altare ut sacra mystria faceret, accedens, Missæ sacram ritu Ambrosiano celebrauit: post Euangelium suggestum ascendens, vulgari idiomate pie admodum, & elegantissimè concionatus est, Euangeliū que mira eruditione & facundia explauavit. Post orationem dominicam, & in fine Missæ, impetrata primū facultate deuota capitis inclinatione ab Illustriss. Archiepiscopo, solenniter benedixit.

Absolutisq; diuinis Missæ mysterijs, ad faldistorium reuersus sacras vestes exiit, ac pallium ex humerale violaceū induit, & ad statum locum iuit.

Interfuerunt Missæ sacro & concioni ferè omnes Reuerendissimi Episcopi, qui hactenus ad Concilium prouinciale venerunt, absolutoq; officio sextæ & nonæ, cum Illustriss. Metrop. in ædes Archiepiscopales redierunt.

Congregatio publica.

Feria secunda die decimoquarto praesentis mensis Maij habita est publica congregatio, de more pronunciatis statis verbis libertati dicendi & referendi, facto silentio Reuer. Promotores institerunt in hanc sententiam.

Instantia R. Promotorum contra Episcopos absentes.

Illustrissime ac Reuerendiss. Metropolitanane. Nos promotores inherendo petitionibus, instantijs, & requisitionibus, quas superiori proxima congregacione in medium atulimus & exhibuimus, instantius, & petimus contra Reuerendiss. Episcopos absentes, & alios qui de iure, & consuetudine huius prouinciae interesse tenentur, qui per se seu per alios constituto tempore legitime non cōparuerūr, prout iuris fuerit, agi & procedi.

Ilico Reuerendiss. D. D. Episcopi, Derthonen. & Brixien. ac M.R.D. Vicarius Generalis Archiepiscopal, Iudices excusationum deputati super causis absentiarum singulorum Reuerendissimorum Episcoporum, qui in hac sancta

Syno-